

Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis
Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum
Spirituale**

**Blois, Louis de
Monasterii Campidonensis, 1672**

Cap. I. Conceptio Salvatoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](#)

ANN. VI.
TAN
CHRISTI
ANN. 10.

CAPUT I.

Conceptio Salvatoris.

1. Angelus Internationem Christi annuntias Mariae.
2. Elisabeth visitata à Mariæ.
3. Parvus Ioannem.
4. Monetus Joseph ab Angelo, ne Mariam dimittat.

1. Gabriel à Archangelus annuntiatio, & Incarnationis historiæ Evangelica.

Luc. 1.

Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cùm audisset, turbata est in sermone ejus, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomē ejus Jesum, hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus: & regnabit in domo Jacob in aeternum, & regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud? quoniam virum non cognosco. Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute suâ: &

hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab illa Angelus.

Exurgens autem Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione, in ciuitatem Iuda; & intravit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in ventre eius: & repleta est Spiritu sancto Elisabeth: & exclamauit voce magnâ, & dixit: Benedic tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim, vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo: & beata quæ credisti, quoniam perficiuntur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino. Erit Maria: Magnificat anima mea Dominum: & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancille suę: ecce enim ex hoc beatam me dicent ownes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impletuit bonis; & diuites dimisit inanes.

2. Maria visitat Elisabeth, & historiæ visitationis suæ Marianæ. Luc. 1.

MARGARITUM SPIRITUALE.

13

SPIRITO:
ME VI-
TAB
CHRISTI
ANN. I.

inanes. Suscepit Israël puerum suum, recordatus misericordiae suae. Sicut locutus est ad Patres nostros, Abraham, & semini eius in sæcula. Mansit autem Maria cum illâ quasi mensibus tribus: & reuersa est in domum suam.

Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius, quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illâ, & congratulabantur ei. Et factum est in die octauo, venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine Patris sui Zachariam. Respondens mater eius, dixit: Nequaquam, sed vocabitur Ioannes. Et Zacharias Pater eius repletus est Spiritu sancto: & prophetauit dicens: Benedictus Dominus Deus Israël, quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum, qui à sæculo sunt, Prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos: ad faciendam misericordiam cum Patris nostris, & memorari testamenti sui sancti. Iusserandum, quod iurauit ad Abraham Patrem nostrum, daturum se nobis: ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi. In sanctitate & iustitiâ coram ipso, omnibus diebus nostris. Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini.

3.
Nativi-
tatis Pra-
cursoris,
& Can-
onicum lo-
quentia
Zacha-
rie.
LUC. I.

ni parare vias eius: ad dandam scientiam salutis plebieius, in remissionem peccatorum eorum: per viscera misericordiae Dei nostri, in quib⁹ visitauit nos, oriens ex alto: illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu: & erat in desertis usque in diem ostensionis suæ ad Israël.

Christi autem generatio sic era. Cūm esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in utero habens de Spiritu sancto. Ioseph autem vir eius, cūm esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus domini apparuit in somnis ei, dicens: Ioseph fili Dauid, noli timerre accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in eâ natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum: ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est à Domino per prophetam, dicentem: Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium: & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus. Exurgens autem Ioseph a somno, fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit coniugem suam.

Instruens
tur Ioseph ab
Angelo
de parte
Virginis
ponsa.
Matth. 1.

C

CA-